

Johann Sibrand Johannes Cretzmer

Decades Illustrium Quaestionum Feudalium Quinque

[Rostock]: Reusner, 1606


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746688695>


Druck Freier  Zugang





K.K. — 2 (158.)





Decades
ILLVSTRIVM
QVÆSTIONVM FEU-
DALIVM QVIN-
QVE,

Quas

D. T. E. V. A


Præside

Spectabili, Clarissimo Consultissimoq; viro,
DN. IOHANNE SIBRANDT I. V. D.
*Professore Codicis Iustiniani Ordinario, ac p. r. Am-
pliß. Facult. Iuridica Decano*


In alma Rosarum Academia
Publicè examinandas proponit

IOHANNES CRETZMER B. Boruss.

*Habebitur disputatio in Aecaßi magna 15 die Novemb.
initio ad horam 6. matutinam facta.*



Prælo Reufneriano. Anno 1606.



*MAGNIFICIS, GENEROSIS ET
Nobilissimis Dominis, Dn. Borussia Ducalis Gu-
bernatoribus & Consiliarijs supremis*

Dn. LUDOVICO RAUTERO Praefecto
provinciali,

Dn. WOLFFGANGO à Berndorff /supre-
mo Burgravio.

Dn. CHRISTOPHORO RAPPPIO, Can-
cellario.

Dn. IOHANNI ALBERTO à Borcken/
Marschalco supremo.

*Patriæ patribus vigilantissimis; Musarum patronis
maximis, Mæcenatibus suis omni observantiæ
cultu æternum prosequendis.*

Hæc Iuris Feudalis controversas positiones,
observantiæ summæ & animi gratissimi
monumentum ponit.

auctor & respondens.

Johannes Cretzmer Brandenb.
Borussus.



I.

Discussuri controversas quasdam Juris feudalis questiones, initium faciemus ab illa difficili & intricata satis, (quæ & suo quodam Jure primum sibi vendicat locum) An nimirum feudum recte definiatur per contractum? Et negativæ assistere tutius putamus.

II.

Controversia quoque non caret, an hoc Jure æquè Clerici feuda possidentes, atque Laici teneantur? Affirmativè cum communi respondemus.

III.

Nec illud ad decisionem causarum duntaxat feudaliū, sed aliarum quoque, allegari posse concludimus.

IV.

Et cum plurimum in dirimendis controversijs feudali-
bus referat, utrum feudum novum sit vel vetus? ideo qua-
ri solet; An feudum novum, ut vetus seu antiquum alicui
concessum (nach art und eigenschaft eines rechten al-
ten Stamlehns) naturam veteris seu antiqui feudi in-
duat & assumat? Affirmativa magis arridet.

V.

An vero è contrariò feudum antiquum consensu Do-
mini

mini & Vasalli novum fieri possit? non omnium quoque una est sententia: Distinguiamus; aut enim hoc fit in praesudicium agnatorum & tunc novum non efficitur, nisi ipsi quoque consentiant, aut nulli agnati sunt simultaneè investiti, quo casu indistinctè novum fieri putamus.

VI.

Hinc & illa oritur quaestio, num in dubio feudum novum, vel antiquum seu vetus praesumatur? Vetus seu antiquum praesumi, benignius est.

VII.

An quoque in dubio feudum ex pacto & providentia, an verò hereditarium praesumendum sit? & què controversum est: Prius placet.

VIII.

Papam seu Pontificem Romanum Ecclesiae Romanae bona in feudum concedere posse dubium est nullum: Num vero Canonistae hoc ipsum rectè ad alterius cuiuslibet Ecclesiae bona extendant? non immeritò optimus dubitat Zasius, cui ut assensum praestemus, religio & pietas suadet.

IX.

Nec minus Canonistarum impudens est commentum, Imperatorem Romanum Imperium à Pontifice tanquam feudum recognoscere.

X.

Num Imperator, qui mundi Dominus dicitur, aliisque superiorem non recognoscens, subditorum res proprias, Regna,

gna, d. tiones, aut subditos etiam invitos pro libitu alienare
possint & diminueret? eleganter juxta & utiliter quaritur:
Negativam defendemus.

XI.

Prodiga Constantini donatio, sine revera Sylvestro
Papae facta, & si facta sit, an jure consistere queat? merito
dubitaveris: Virumq; negamus.

XII.

Si Princeps, Dux, Baro &c. duobus diverso tempore
feudum concessissent, uter potior haberi debeat, prior an po-
sterior? inter omnes non satis constat. Posteriolem, si ipsi
possessio fuerit tradita, praeserendum priori putamus.

XIII.

Num Pupillus infante major, vel minor viginti quinque
annis, sine tutoris vel curatoris consensu, antiquum feudum
alijs conferre possint? diversa sunt interpretum sententia: Nos
affirmativa subscribimus.

XIV.

Faeminas quoq; alijs feuda non dare posse, sunt qui as-
serunt; Quorum opinionem expresso jure feudorum impro-
bari opinamur.

XV.

Rusticum, rem suam allodiam alteri in feudum con-
cedere posse, contra nonnullos defendemus.

XVI.

Personas Ecclesiasticas, cujuscunq; ordinis sint, recte
feuda

feuda etiam à Laico accipere posse asserimus ; licet alijs Clericum eo ipso, quo Clericus efficitur, vel religionis votum assumit, feudum amittere non ignoremus.

XVII.

An etiam illi, qui superiores sunt, concedente, feuda rectè accipiant, quæri potest? Affirmamus usq; adeò, ut & Papa & Imperator, uti & alij superiorem non recognoscen-tes, ab inferioribus feudum acquirere possint.

XIX.

Filium familias feudum accipere posse, extra dubitatio- nis aleam positum est. An autem ususfructus feudi filii- familias dati ad Patrem pertineat nec ne? maximè contro- vertitur: Illud vix defendi posse putamus.

XIX.

Pupillos quoq; modo infante majores sint, & minores pu- beres, sine tutorum vel curatorum cõsensu, feuda rectè acci- pere posse statuimus, licet in his Sonjbecius contrarium de- fendat.

XX.

De spurijs, numme illi infames sint, ac proinde feudo- rum incapaces? graviter disceptari solet: Nos spurios neq; infames, neq; feudorum incapaces asserimus.

XXI.

An res incorporales sive jura (quæ rebus immobilibus annumerantur) rectè in feudum dari possint? non immeri- tò quis ambigat. Affirm.

XXII.

Si Princeps alicui concedat in feudum Jurisdictionem, numne omne Imperium concessisse praesumatur? ingens est Dd. conflictus. Neg. contra communem.

XXIII.

Concessa autem omnimoda Jurisdictione, quin de Jure hodierno merum etiam Imperium concessum intelligatur, non dubitamus.

XXIV.

Num vero ex concessione generali veniant Regalia majora & Principi reservata? quaritur. Negativa tanquam verior placet.

XXV.

Pecunia, durante cura, ex fructibus feudalibus collecta, An ad solos pertineat filios, an vero pro rata, sorores quoque ad eam admittantur? magni momenti est questio: Nos pro filiis, filiabus exclusis disputabimus.

XXVI.

Feudum praescriptione eatenus acquiri posse, ut Vasallus sine investitura illud obtinere possit, certum est. An autem in ejusmodi praescriptione semper 30 ad minimum anni requirantur, an vero & longi temporis praescriptio sufficiat? inter se Dd. dissentiunt: prius placet.

XXVII.

Feudi vero à Vasallo sine consensu Domini alienati, proprietatem, seu ut vulgo loquuntur, directum Dominum,

A 4

spacio

spacio 30 vel 40 annorum, contra Dominum prescribi
posse, negamus.

XXVIII.

Vasallus antiqui feudi investituram, regulariter, intra
annum & diem petere debet. Sed an post elapsum annum
& diem Vasallo moram purgare liceat? controversa est
questio: Affirmativam probamus, modo effluxo anno in-
tra mensem hoc faciat.

XXIX.

An autem hoc tempus anni & diei minui & coarctari
à Domino sine Vasalli consensu possit? a quæ controver-
sum est: Neg.

XXX.

Vri & illud, an hoc tempus à solo Domino sine Vasalli
consensu prorogari possit? Et hoc negandum ducimus.

XXXI.

Si Dominus plures relinquat heredes, pro indi-
viso feudum tenentes, An ab omnibus simul, an vero ab
uno tantum petitio investituræ faciendæ sit? non satis inter
Dd. convenit: Ab uno faciendam existimamus.

XXXII.

An autem sola investituræ petitio sufficiat? an vero si-
mul Vasallus fidelitatem offerre debeat? propter generali-
tatem textuum dubitant interpretes: Posterius probamus.

XXXIII.

Vnde hic etiam non incommode quaritur, Vtrum in-
vestitura

investitura precedere debeat Juramentum fidelitatis? An
vero praestatio hujus Juramenti precedere debeat investitu-
turam? Prius de utraq; tam propria quam abusiva, ve-
rum putamus.

XXXIV.

Uterius quocq; dubio non caret, An si Dominus de feo-
do nondum sibi aperto, alium investierit, Et ante Vasallum
ultimum familiae Et agnationis possessorem, praemortuus sit,
successor illius investituram adimplere cogatur? De laico
succedere Affirm.

XXXV.

Vasallus abusive investitus, An rem vacuum propria
auctoritate ingredi, ejusq; possessionem acquirere possit? non
usq; quaq; expeditum est: Affirmantium sententia ca-
culum subdimus.

XXXVI.

Nec minori indagine dignum illud, An pluribus rebus
in feudum datis, investitus unius partem possessione appre-
hensa, ceteram possessionem acquisivisse intelligatur? Et hic
in affirmativam sumus procliviores.

XXXVII.

Vasallum de feudo testari non posse, in Jure feudali
est tralatitium. Sed quid si Principis auctoritate ejus-
modi testamentum confirmetur, autum suscipiet, ut alijs eo
praejudicari possit? Multi id affirmant, nos negamus.

Vnde

XXXIIX.

Vnde quoq; non parum controversam questionem, Vtrum nimirum filius ex justa causa exheredatus, à bonis feudalibus excludatur nec ne? negativè decidendam arbitramur.

XXXIX.

Quemadmodum etiam ex hac ipsa ratione, contra communem statuimus, Feudum uni ex filijs à Patre praelegari non posse.

XL.

Legimati per subsequens matrimonium, num ad feudi admittantur successionem? questionis est non inelegantis: Affirmantium sententia subscribimus.

XLI.

Examinam in feudo Franco, ut Ego istò, quod ad certum servitium, Ego tale, quod decenter Ego honestè à familia praestari possit, concessum est, non succedere, contra Dominum Vultejum defendere annitemur.

XLII.

Nec levis est controversia, An filij secundi matrimonij, per pactum à feudi successionibus amoveri possint nec ne? Posse existimamus, si matrimonium ea conditione contractum fuerit.

XLIII.

(Circa c. unic. An agnatus vel filius Ego. Feudista acriter disputant, Vtrum filius repudiata patris hereditate, feudum

feudum retinere possit? Nos negativa subscribimus
XLIV.

Celebris quoque est controversia, An nepos ex filio primogenito, patruo in successione Regni vel Principatus sit preferendus? Et illum huic preferri verius est.

XLV.

Si ex duobus Regis filijs, unus ante, alter post adeptum à Patre Regnum, natus sit, uter illorum in successione Regni preferatur? questionis est ancipitis: Nos eum quem naturæ felicitas primum fecit, alteri preferendum non sine ratione existimamus.

XLVI.

Feudum, an à Vasallo hypotheca dari possit? elegans Et gravis est disputatio: qui negant, recte sentiunt.

XLVII.

Delictum à Parente in Dominum, aliumve commissum, An filijs in feudo obsit Et noceat? non minus dubitari solet: Affirmativam amplectimur, modo Pater aliquid commiserit, ex quo feudo privari possit.

XLVIII.

An sicuti agnati, ita Et filij quoque feudum, à patre alienatum, revocare possint? à Dd mirifice exagitata est questio. Verius videtur, filios omni casu Et in quocumque feudo, Jus revocandi non habere.

XLIX.


Domino, ob quasi possessionem suam, interdicta retinenda


nenda & recuperanda possessionis non denegari, contra
magni nominis Ictos verius opinamur.


L.


Numerum claudat sepius illa agitata questio, num
in feudalibus Judicjs reconventio locum habeat, nec ne?
Si ob negotium pariter feudale instituatur, affirma-
mus, aliàs negamus.











NGERVS g) elegantem dixerint BARTOLI b) compa-
inter militiam humanam et diuinam, tempo-
bellum inter Deum & homines esse, fingentis;
men haud alienum est, imminens mortis peri-
otissimum in causa esse, cur hoc aequae, ac mi-
tamentum, tot testium, quot ad testamentum
necessarii sunt, conuocatione haud indigeat,
anto difficiliore, quanto magis homines, ne
ereant contagio, vel aufugere ex loco infecto,
n domos conspectumque morbo correptorum
itare. Quum itaque hic quoque numerus te-
tarius non ad formam et constitutionem testa-
ed ad probationem solummodo adesse debeat,
est dubium, quin heres, si ipse interfuerit te-
tationi, ad iuramentum suppletorium possit
).

§. XXIX.

TESTAMENTA IN FAVOREM PIARVM CAVSSA- RVM FACTA.

que ius pontificium magnum fauorem, quem
piis causis tribuit, eo etiam extendit, vt, si
quan-

cit.

n. n. i. ff. de *bonor. poss.*
milit.

rariam hic iterum par-
etiam CARPZOVIUS L.
tuitus est, abire, ean-
tationem, adductis

simul c. ii. X. de *Testam.* et c. 28. X.
de *Testibus*, videmus Ill. LEYSERVM
Sp. 368. m. 4. Sed nostrae senten-
tiae sicuti textus allati non aduer-
santur; ita ei fauent, praeter RICH-
TERVM Dec. 28. n. 28. et VIRGIL.
PIN-

II